

Der vorliegende Text ist aus Ciceros „de legibus“: hier geht es um den Begriff „Herrschaftsstruktur“:

**Videtis** igitur magistratus hanc **esse** vim ut **praesit praescribatque** recta et utilia et coniuncta cum legibus.

Ut enim magistratibus leges,  
ita populo **praesunt** magistratus,  
verequae **dici potest**,  
magistratum **esse** legem loquentem,  
legem autem mutum magistratum.

Nihil porro tam **aptum est** ad ius condicionemque naturae  
– quod quom **dico**, legem a me **dici intellegi volo** –  
quam imperium,

sine quo nec domus ulla nec civitas nec gens nec hominum universum genus **stare**,  
nec rerum natura omnis nec ipse mundus **potest**.

Nam et hic deo **paret**,  
et huic **oboediunt** maria terraeque,  
et hominum vita iussis supremae legis **obtemperat**.

Atque ut ad haec citeriora **veniam** et notiora nobis:  
omnes antiquae gentes regibus quondam **paruerunt**.

Quod genus imperii primum ad homines iustissimos et sapientissimos **deferebatur**  
— idque et in re publica nostra maxime **valuit**, quoad ei regalis potestas **praefuit** —,  
deinde etiam deinceps posteris **prodebatur**,  
quo et in iis qui etiam nunc **regnantur manet**.

Übersicht meiner Latein/Altgriechischvideos auf:

**<https://www.youtube.com/user/NachhilfeLatein/playlists>**

Übersicht meiner Mathevideos auf:

**<https://www.youtube.com/user/Mathematikaufgaben/playlists>**

Schriftliche Unterlagen in pdf-Form zum kostenlosen Download unter:

**[www.raphael-biere.de](http://www.raphael-biere.de)**